

TRACTATUS DE REVOLVTI-
nibus mundi, atq; natiuitatum.

Reuolutionem annorum mundi, uidelicet In-
troitum Solis in primum Arietis, uel etiam in
quodcunq; aliud Zodiaci punctum, utputa na-
tiuitatum, uel ædificiorum inuenire.

H Abita hic radice uernalis æquinoctij anno
domini. 1500. diebus æquatis a meridie
urbis Venetæ horis, & minutis horarum assum-
ptis, facilis admodum erit in subsequenti-
bus negocij huiusce agnitio. Anno namq; quarto bisexti-
li supra millesimū quingentesimum ab horis ra-
dicis derrahe minuta. 42. secunda. 56. anno ite-
dem subsequenti octauo s. horam. 1. minuta. 25.
secunda. 52. Et sic de singulis bisextilibus annis
usq; ad centenarium numerum horas, & minuta
deducas ab horis radicis præmissæ, quemadmo-
dum e regione ipsorum hic propius annotatum
inuenies. Sicq; uoti compos fies. Quòd si modo
supra. 1600. annum operatio tua extendatur,
uel ultra etiam, quibuslibet centenis annis dies,
hor. & minuta subtrahe, quod e regione ipsorum
describuntur, denuo pro quibuslibet bisextilibus
annis ad caput tabulæ redeundo. Verum si anno
proxime bisextilem subsequenti hunc ipsum So-
lis ingressum in primum Arietis gradū adæqua-
tum habere disyderas, facta prius diminutione
prædicta in annis bisextilibus horis ipsis horas
5. mi. 49, secunda. 16. superaddas. Secundo ab
hoc anno hor. 11. mi. 38. secunda. 32. Tertio
quoq; post intercalarem annum horas. 17. mi.
27. secunda 48. (ut in tabula) adicias. Et hoc
profuturis modo temporibus, nam pro præteri-
tis, contrario modo operandum admonemus
Tunc namq; quod in tabula addendum, minua-
tur, econuerso, quod minuendum, fuerat adda-
datur.

anni	di	H	m	̄	
1500	10	6	54	57	Re
1	0	5	49	16	Ad
2	0	11	38	32	Ad
3	0	17	27	48	Ad
4	0	0	42	56	Mi.
8	0	1	25	52	Mi.
12	0	2	8	48	Mi.
16	0	2	51	14	Mi.
20	0	3	34	40	Mi.
24	0	4	17	36	Mi.
28	0	5	0	33	Mi.
32	0	5	43	29	Mi.
36	0	6	26	25	Mi.
40	0	7	9	21	Mi.
44	0	7	52	27	Mi.
48	0	8	35	13	Mi.
52	0	9	18	9	Mi.
56	0	10	1	5	Mi.
60	0	10	44	1	Mi.
64	0	11	26	57	Mi.
68	0	12	9	53	Mi.
72	0	12	52	49	Mi.
76	0	13	35	46	Mi.
80	0	14	18	42	Mi.
84	0	15	1	38	Mi.
88	0	15	44	34	Mi.
92	0	16	27	30	Mi.
96	0	17	10	26	Mi.
100	0	17	53	22	Mi.
200	1	11	46	44	Mi.
300	2	5	10	6	Mi.
400	2	23	33	28	Mi.
500	3	17	26	50	Mi.
600	4	11	20	12	Mi.
700	5	5	13	35	Mi.
800	5	23	6	57	Mi.
900	6	17	0	19	Mi.
1000	7	10	53	41	Mi.

F
pra
fun
pri
ann
20.
gio
me.
qua
Si a
erin
ra a
asc
rad
detr
ann
diu
nut
Hal
men
turu
ne a
45.
bus
defe
uide
mir
tilis
den
pur
dice
fuit
nij
154
rem
tur
7. m
scrib
qua
rior